

Tractatus Quintus

Intentionalia, que Inveniunt vni et non alteri.

Hic arguit a definitione ad definitum. aial rationale est risibile. Et hoc est risibile. et tunc est bonus locus demonstrativus. **D**um quod hoc medium (aial rationale) considerat dupliciter. vno modo ut est principium hominis in ordine ad illam passionem risibilem. et sic est ibi locus demonstrativus. quod tunc passio subiecti ostendit propria principia eius. Alio modo considerat ut stat sub intentione eorum definitio innotum scilicet est definitio hominis, et tunc est ibi locus dialecticus.

Et e converso locus a definito pertinet tot argumenta et tot maximas sicut locus a definitione. **P**rimo subiungendo definitum affirmatiue. ut homo currit. ergo aial rationale mortale currit. **L**ocus a definito. **M**axima Quicquid predicatur de definito. et etiam de definitione. **S**ecundo predicando definitum affirmatiue. ut sortes est homo. ergo sortes est aial rationale mortale. **L**ocus a definito. **M**axima. **D**e quocumque predicatur de definito et definitio. **T**ertio subiungendo definitum negatiue. ut homo non currit. ergo aial rationale mortale non currit. **L**ocus a definito. **M**axima. **Q**uicquid remouetur de definito et etiam de definitione. **Q**uarto predicando definitum negatiue. ut lapis non est homo. ergo lapis non est aial rationale mortale. **L**ocus a definito. **M**axima. **A** quocumque remouetur definitum et definitio. **A**t sciendum quod locus semper debet denominari a termino inferente. et non ab illato. ut quando definitio est inferens est locus a definitione. quando vero definitum est inferens. est locus a definito. et sic de alijs.

Hic De hyf. querit locum a definitione ostendens quid sit locus a definito. **D**icens quod (locus a definito est habitudo definiti ad definitionem) et continet tot argumenta et tot maximas quod locus a definitione continet. ut textus manifeste declarat. **E**t in fine ponit notabile. **T**ercena quod (locus semper debet denominari a termino inferente et non a termino illato) **E**t quo inferit quod quando definitio ponit in antecedente. tunc est locus a definitione ad definitum. sed e contra quando definitum ponit in antecedente et definitio in posteriore. tunc est locus a definito ad definitionem. **R**atio notabilis est. quod omnis denominatio debet fieri a principali et digniori. sed terminus inferens est dignior. quod est agens. quam terminus illatus qui est patiens. ergo etc.